+

31.

I. 31/46

Vniuersis et singulis presentem seriem
inspecturis visuris lecturis pariterque et audituris Attestor et fide
indubiam facio omnibus presenti Ego petrus llaurador als vidal clericus
Ilerden diocesis auctoritate apostolica not. publicus ac Archiuarius arch-
iui publici ecclesie Ilerden quod in quodam libro cohopertis coriis
et fibula et ab intus aliis cohopertis pergameneis decenter sui-
cto et quaternato intitulato sub rubro et auro / Aquest libre
es dela marmessoria del honor et berenguer gallart quondam Ciutada
de lleyda recondito custodito et reperto in dicto archiuo inter alias
dicte manumissorie scripturas ibi custoditas positasque sub tuto
prout cetere dicti archiui scripture custodiuntur et conseruan-
tur / post ipsum titulum consequenter est insertum de verbo
ad verbum et per capitula auctenticum repertum compro-
batum per vener. et discretum bartholomeum beramon
quondam clericum vicen diocesis porcionarium sedis Ilerden auctoritatibus
apostolica et imperiali notarium publicum archiui dicte sedis Ilerden
scribam et per duos connotarios ibi mensionatos videlicet
bartholomeum costa et Ioannem polo quondam ciues dicte ciuitatis
testificatum transumptum sumptum ab originali testamento
seu vltima voluntate et ordinacione testamentaria dicti honor.
berengarii gallart quondam ciuis dicte ciuitatis quod seu quam fecit
ordinauit laudauit et firmauit in dicta ciuitate Ilerde nona
die mensis augusti anno anatiuitate domini millesimo trecentesimo
nonagesimo nono apud discretum petrum Ioannis not. publicum
per totam terram et dominationem Ill. dni regis Aragonum
non viciatum non cancellatum nec in aliqua eius parte suspectum
quod facti substanciam mutet nec variet intellectum prout
humana dictat ratio / a quo siquidem testamento siue transumpto
autentico Ego dictus petrus llaurador als vidal not. et
archiuarius predictus de mandato Rev. capituli dicte ecclesie
Ilerden mihi facto die quinta mensis Januarii anno anatiuitate dni
millesimo quingentesimo sexagesimo quinto totam clausulam
vniuersalis heredis sumpsi / Cuius tenor sequitur et est talis

Vniuersa vero alia bona mea et iura mobilia et
immobilia vbicumque sint mihi pertinencia et pertinere debencia
quacumque ratione iure titulo modo vel causa // Solutis tamen
primitus et completis omnibus et singulis per me superius
ordinatis dimitto siue lego filiis meis quos ex me et
ex domina blancha vxore mea me habere contigerit
equis partibus inter eos diuidenda Et ipsos mihi
heredes instituo vniuersales Et si forte alter dictorum
filiorum meorum et heredum decesserit sine filiis

legittimus infra pupillarem etatem vel postea quomo
documque volo quod pars morientis alteris vel alteri super
viventi vel superviventi devoluta revertatur Et sic
de uno ad alios vel alium successive Et si forte omnes
dicti filii et heredes mei decesserint infra pupillarem
etatem vel postea quomodocumque sine filiis ex legittimo
matrimonio procreatis vel si me mori contigerit absque
filiis volo quod dictis casibus et quolibet ipsorum advenientibus
quod omnia bona et iura mea revertantur anime mee Et
sic animam meam et Christi pauperes michi heredes insti
tuo universales Et volo et mando dicta bona mea vendi
per dictos meos manumissores nisi dicta bona fuerint
censualia iam formata de precio eorumdem emi censuale
in bono loco tuto et securo ad cognitionem dictorum meorum
manumissorum De quo quidem censuali et etiam de
aliis censualibus que ego iam habeo dimitto sive lego
dono et assigno conventui fratrum minorum Ilerde tre
centos solidos barchinonenses fertis censuales ad racione
xx solidorum pro mille pro reparacione edifficiorum
dicti monasterii fienda anno quolibet prout dictis meis
manumissoribus melius videbitur fore faciendum Et hoc
animas eorum onerando Que quidem reparacio habeat
fieri per dictos meos manumissores et guardianum dicti
monasterii Et si forte contigerit dictum censuale redimi
vel abstrahi volo quod precium eiusdem in loco tuto et securo
ponatur et ibi stet pro dictis meis manumissoribus Et
guardiano Et volo quod in continenti convertentur in emendo
censuale consimilis quantitatis per dictos meos manu
missores et guardianum Et volo quod instrumenta emptionis
dicti censualis intitulentur sub nomine dictorum meorum
manumissorum et guardiani Et in contractu emptionis
fiat mencio nostri legantis et ad quod opus fiendum fuit
factum legatum Que quidem infra emptionem dicti cen
sualis volo quod maneant in dicto loco quo dictis meis manu
missoribus et guardiano videbitur faciendum ad hoc ut
modo aliquo dictum censuale non possit defraudare Et
quod guardianus et conventus teneantur facere celebrari con
tinue anno quolibet per unum fratrem dicti ordinis
in dicto monasterio pro anima mea et illorum omnium quibus
ego tenear et omnium aliorum defunctorum Item de dictis

censualibus et bonis meis etc. / Et ut huiusmodi clausule copie
testamenti prediti Berengarii Gallart manu mea propria
scripte et sumpte ut supra patet de verbo ad verbum
tangentes dicto libro seu transumpto ibi inserto in iudicio et
alibi ab omnibus fides indubia impendatur Ego idem Petrus
Llaurador alias Vidal notarius et archivarius preditus signum
meum artis notarie dictis die et anno hic appono quod
est huiusmodi Sig



num

52

Acte de la clausula universal de Berenguer Gallart de Leyda del seu testament

Copia fefaziente del Testamento de Berenguer Gallart. Y.g.s de la Clausula de la universal herencia. nos. q. la saco Mos. Pedro Llaurador Clerigo. fecho a 9. de Agosto ~~1399.~~

Clausula del Testamento que otorgo Berenguer Gallart de la herencia universal que hizo sacada del Archivo de Lleyda en 5 de Henero de 1565 por Mos. Llaurador Clerigo=

Arag.n y Cat. n. 030